Si quando, ut ea, quę animo, et cogitatione de re quapiam comprehendistis, dicere, et explicare possem, singulare aliquod dicendi genus, et eximiam quandam orationis facultatem a Deo Optimo Maximo mihi tribui expetiui, Vigilantissimi Proęsul, nunc profecto de re gravissima apud dominos sapientissimos verba facturus, eam mihi ubertatem ingenij, et eloquendi vim dari, maxime vellem, quę, et rei magnitudini satisfaceret, et vestrę omnium expectationi, si quam de nobis ~~concepistis~~ habetis, aliqua saltem ea parte respondaret: non enim mea me fugit mediocritas, decindę Ejus primę Diecesnę Synodi pręstantia, dignitas, utilitas tanta est, ut eam consequi vobis, et exequare orationę is dignum possit, qui ingenij acumine, iudicijq; maturitate polleat, atq; excellat; cum potissimum in vobis vel amplitudinis splendorem, vel doctrinę magnitudinis suspicio, ut nihil tam perfectum ingenio, elaboratum industria, novo et inusitato dicendi genere excultum, atq; expolitum afferri possit, quod vestras ~~honestissimas~~ erudissimas aures offendere non pertimescat; quibus de causis libenter fecissem ~~Magistratus celeberrime, cęterique~~ Auditores Pręstantissimi ut quam ingenij laudem dicendo consequi non poteram, modestię arti tacendo consecutus videor; verum tamen si id, quod suscepi spe mea, quam in vestro prędicio collocaui, deceptus perfore, non potim, opprimi me onere officij, malim, quam id, quod timet ab eo impositum est, a cuius